



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 106. Titulus XXXVIII. De rebus ad Ecclesiam pertinentibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

quam ad suum munus admittantur, ab Epi- Sæcul. XVI.  
scopis examinentur, & præter Confessores A.C. 1584.  
ordinarios ab iisdem alii Confessores ex-  
traordinarii seligantur, qui singulis annis  
bis, aut ter earum confessiones audiant.

XV. Moniales saltem semel in mense  
peccata sua confiteantur, & Eucharistiam  
sumant.

XVI. Provideatur per Superiores, ut  
Monialibus verbum Dei in earum Mona-  
steriis frequenter prædicetur.

XVII. Quotiescumque fratrum Religio-  
sorum opera requiretur in Monialibus, quæ  
adversa valetudine detinebuntur, consolan-  
dis, & Sacramentis administrandis, duce,  
aut tres Sorores semper præsentes adsint.

### §. C VI.

#### *Titulus XXXVIII. De rebus ad Ecclesiam pertinentibus.*

**T**itulus trigesimus octavus de Eccle-  
siæ bonis complectitur septem  
Canones, qui duntaxat ad bono-  
rum conservationem tendunt, hinc  
alienationes contra juris præscripta fa-  
ctas omnino nullas esse declarabat Sy-  
nodus, simulque communione Eccle-  
siastica privat illos, qui Ecclesiis do-  
nata retinent. Præscribitur etiam, ut,  
si quæ res Ecclesiasticæ necessario alienandæ  
erunt, aut si quæ alia per homologationem  
confirmanda, eam provinciam Episcopus

N 4

ipse

**Sæcul. XVI.** ipse suscipiet, aut speciali rescripto **Vicario**  
 A.C. 1584. demandabit: nec ea res in foro ordinario ab officiali tractabitur. sicut inventaria duo omnium reliquiarum, ornatiorum, vasorum Ecclesiasticorum, quorum unum penes Episcopum, alterum penes capitulum remaneat.

Omnia documenta, & instrumenta Ecclesiastica, quæ variis hominum manibus habentur, & bellorum injuria sparsa sunt, in Archivis propriis reponantur, & sedulo asserventur ab iis, ad quos pertinet ejus rei cura. Curati, & quicunque diebus dominicis, & festis publice ad populum concionantur, significant, usurpatores jurium, ac titulorum Ecclesiæ, uti decimarum & fundationum, excommunicationis sententiam incurrisse: eos etiam, qui, dum Ecclesiastica documenta jussu Episcopi, aut aliorum praepositorum describunt, aliqua ex iis aut eorum partem maligne suppresserint, iisdem pœnis subjectos esse.

§. CVII.  
**Titulus XXXIX. & XL. De Blasphemis, jurejurando, & Sor tilegiis.**

**T**itulus trigesimus nonus de Blasphemis, jurejurando & perjurio in quatuor Canonibus agit hunc in modum I. Si quis quoquo modo blasphemarit in Deum, & sanctos, si Clericus sit, deponatur: